



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi**

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Cap. XIV. Amplius prædictus orationis modus, eiusdemque causæ  
declarantur

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43347**

## CAPVT XIV.

*AMPLIUS DECLARATVR  
 predictus orationis modus; & causa adfer-  
 runtur, cur Dominus noster eum  
 concesserit Patri Balthassa-  
 ri post aliquot  
 annos.*



MNES ferè vitæ Sanctorum rerum varietatem habent, quæ omnibus proponuntur: quædam vt audientes, eas imitentur; alia, vt solum admirentur, & Dominum glorificent earum largitorem. Et quoniam benedicta eius manus non est abbreviata, sed easdem solet aliquibus etiam nunc concedere: poterunt illi ex ijs quæ legunt, seipfos gubernare circa modum, quo se in eis habeant, imitantes præclaros Sanctos, in quibus eas præluxisse legunt. Hoc idem licet obseruare in vita Patris Balthassaris; & in ijs rebus, quæ ad modum eius orationis spectant, quem proximo capite retulimus. Erit autem valde utile, distinctius hîc explicare, tum quæ ille complectitur; tum causas, cur Dominus noster Sancto huic viro alijsque seruis suis eum concesserit; causas item, cur ad sexdecim annos id distulere; & fructus ac fauores, quos simul eidem largitus est, alijsque largitur beneficentibus; vocationem, qua ad eundem orationi



tionis modum ille fuit vocatus, & necessaria est omnibus securè & vtiliter in eo ambulantibus; magnam item securitatem & vtilitatem ordinarij modi orandi, quem idem Pater longo tempore exercuit, & quo fauores obtinuit sibi concessos; quicquid denique oportunum erit ad prædictam relationem melius intelligendam, & ipsum historiæ filum continuandum ac deducendum.

## §. I.

**H**VIVS modi orandi substantiam & circumstantias ei adiunctas fusiùs explicavit idem Pater Balchassar in quodam alio tractatu quem de eo argumento composuit, ut responderet ad obiecta quorundam, eum impugnantium: cuius responsionis mentionem facimus inferiùs, referentes eius responsa, quæ maximi sunt momenti. Nunc autem distinctiùs, ac compendiosiùs hanc explicationem perstringemus, ex nominum explicatione, quibus spiritus Magistri, & ipsemet Pater hanc orationem compellat: illis enim significatur, quid illa sit, quid in se complectatur, & quosnam Effectus habeat: qui licet sint multi, hi tamen sunt magis in usu, ad quos reliqui reducuntur. *Primum*, hæc vocatur oratio **P R A E S E N T I A E D E I**: nam etsi reuera ad benè orandum siue mente, siue voce, aut alio quouis modo, necesse sit, orantem attendere lumine fidei, Deum esse præsentem, audire, & intelligere, quod orans proponit, & quærit: nullus enim cum alio instituit sermonem, quem



judicet absentem, nec audientem, aut percipientem, quod ipse loquitur. At modus hic orationis peculiari ratione appellatur **PRAESENTIAE DEI**, eò quòd in ea intellectus diuina luce illustratus, absque alijs ratiocinationibus & ambagibus Deum adspicit adeò prope se, aut intra se praesentem, vt sentire videatur, cum quo loquatur, & in cuius conspectu sit: eum in modum quo Apostolus de Moyse dixit, quod a *inuisibilem tanquam videns sustineret*: Ex quo, impulsu quodam naturali oritur reuerentia & admiratio; & voluntarij propensio quaedam, aut complacentia, & gaudium eò quòd sit in Dei praesentia; atque si quis personam aliquam, aut imaginem pulcherrimam contempletur ex quo aspectu, & admiretur, & delectetur tanta illa pulchritudine, & elegantia.

*a Heb. II 27*

EX quo fit, vt hæc oratio appelletur etiam **QUIETIS**, aut **RECOLLECTIONIS** internæ: eò quòd careat multitudine, varietate, & imaginationum ac ratiocinationum strepitu; & potentia animæ superiores, Memoria, Intellectus, & Voluntas simul colligantur, & figantur in **DEVM**, & in contemplationem mysteriorum eius, cum magna in suis actionibus quiete & tranquillitate, & hæc est, quæ maxime propriè Contemplatio appellatur: quæ (vt Sanctus Thomas, & alij Doctores; nosque in libro Ducis Spiritualis fusiùs explicuimus) à meditatione distinguitur, quæ à re vna in alteram discurrit, tanquam quærens latentem veritatem, quam scrutatur, variaque euoluit, & adducit ad eam assequendam. contemplatio autem

*2.2. q. 180.  
a. 3.*

*Tract 3. à  
cap. 6.*



simplici quodam intuitu summam veritatem cum ingenti eius magnitudinis admiratione intuetur; & cum magna complacentia, ac voluptate; & hoc est, quod ait Scriptura: *b Vacate & videte, quoniã* *b Psal. 45.1*  
*ego sum Deus: Et c gustate, & videte, quoniam sua-* *c Psal. 33.*  
*uis est Dominus.*

VOCATUR item Oratio SILENTII, eò quòd Deus in ea loquatur, anima tacente, maximaque attentione audiente, quod coelestis eius Magister ad cor ipsius loquitur, docet, ac de se ipso suisque mysterijs manifestat. Non tamen existimandum est, quemadmodum ignari quidam sibi fingunt: quòd animam tacere, & in silentio expectare, sit, potentias interiores omninò suspensas esse, nec ullos proprios actus exercere: hoc enim est impossibile, nisi homo dormiat; aut certè esset crux magna: imò & res noxia: esset enim manere hominem ociosum, tempusque amittere & exponere se periculo, quo imaginatio mille deliria proferat; aut Dæmon pravas suggerat, & alienas cogitationes. Quare certum est, quamdiu Deus nihil in anima operatur, debere ipsam aliquid facere suo intellectu & voluntate: imò etiam cum Deus operatur, agit aliquid ipsa cum eo, eum in modum quo discipulus dum sui Magistri lectionem tacens audit: operatur interius aliquid, percipiendo, intelligendo, ac sentiendo, quod Magister docet. Quod si hæc Oratio SILENTII dicitur, id non propterea est, quòd sola lingua taceat: cum hoc omni mentali orationi conveniat; nec propterea quod internè potentia omninò conticescant: sed quòd tunc in eo tantum occupentur, quod à



Deo accipiunt, quemadmodum dixit David:  
*d Psal 84.9. d Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*, qui  
 Magistri Officium facere dignatur, & ad cor lo-  
 qui, ei que suas veritates reuelare, ac vehementer  
 ad easdem allicere, non adhibente homine pro-  
 priam industriam, vt aliàs solet ad suas medita-  
 tiones petitionesque cum magnis affectibus insti-  
 tuendas. Et in hoc sensu dixit sanctus Dionysius  
 de diuino Hierotheo, *quod esset patiens diuina*,  
 quasi in agendo cum Deo, diuinis que rebus re-  
 cipiendis, potius se haberet, vt discipulus do-  
 ctrinam ab alio accipiens; quam sicut homo  
 diligentia & industria sua veritatem quærens,  
 quam non assequitur. Ex quo fit, vt etiam ipsum  
 audire, appelletur silentium: eò quòd tunc om-  
 nes creaturæ taceant in corde, nec res vlla tur-  
 bet illud, aut eius quietem impediatur. Et ob ean-  
 dem causam in Canticis appellatur *S O M N I*  
 spiritualis: ita enim cor vigilat, attentumque  
 est ad cognoscendum, amandum, & cum Deo  
 suo agendum, vt anima ipsa tanquam sopita ad  
 externa omnia videatur; neque audiens, neque videns,  
 aut percipiens, quod alij ei dicunt, aut quod extra se  
 geritur. Ex quo etiam fit, vt eadem oratio appelle-  
 tur *VNIIONIS*: eò quòd spiritus ingenti cogita-  
 tione, & amore fortissimè e Deo *adhærescit*, effusa  
 (vt Apostolus dixit) *vnus spiritus* cum eo: adeò vt  
 tunc non possit attendere, vt aliquid aliud cogi-  
 tet, velit, aut amet, sed cum Dauide dicat: *f quid  
 mihi est in cælo? & à te quid volui super terram?* &  
*g Cant. 3. 4. cum Sponsa: g inueni quem diligit anima mea; te-  
 nui eum: nec dimittam.*

HÆC sunt vnitatiore excelsæ huius Orationis  
 nomi



nomina: in qua multæ sunt Illustrationes, & affectus stupendi ad mysteria diuina. Aliquâdo adfunt imaginariæ figuræ, quas Deus animæ imprimit; aliquando sola adest lux intellectus excelsa valde, qua ille ad mysticę Theologiæ culmen ascendere solet, (quod S. Dionysius appellat, ingredi *in diuinam caliginem*, lucem scilicet inaccessibilem) & quasi cœcè assurgere ad vnitionem cum eo Domino, qui est super omnem substantiam & vnionem: est enim adeò excelsa diuinæ naturæ cognitio, adeoq; intima ac diuina cum eadem vnitio, vt solus Deus ex speciali sua gratia & studio possit animam eò vsque eleuare: & quamuis adeò sit magnum & admirandum, quod cognoscitur; videtur tamen esse quasi abyssus quædam infinita, id quod ignorat. Et quoniam in eodem orationis genere singularia quædam & extraordinaria euenire solent, alia quoque nomina, hæc oratio sortitur: nam cum Dei Visitationes & Illustrationes, internæ visiones, & feruentes cum amore & vnitione cum Deo affectus, cum tanta vehementia eueniunt vt anima à sensibus externis maneat alienata, motusq; omnes corporis quiescant, vocatur *Suspensio*, aut *Ecstasis*; quod si repenti, & magna vi id eueniat appellatur *Raptus*: & ita dixit Apostolus, se h *raptum* h 2. Cor. 12. 3. *esse vsque ad tertium cælum, & in Paradisum*; quod si cum maiori interna suauitate veniat, appellatur *Volatus* spiritualis sicut David desiderabat, dari sibi *i pennas sicut columba*, vt liceret *fugere & volare, vt requiesceret in solitudine*: solet autem interdum etiam corpus à terra eleuari, impetum sequens spiritus ad rerum cęlestium contemplatio-

Lib. de  
Mystica  
Theolog. &  
S. Bona. in  
lib eiusdem  
tituli.

KIV

276



plationem ascendens : nam in his omnibus suspensionibus, & raptibus, cum à Deo sunt, non est spiritus ociosus, nec dormit; sed semper videt, audit, & aliquid intelligit, admiratur, gaudet, et diligit : quando autem nihil facit, aut recipit potius *STVPORE* dicendus est, aut debilis, & evanescentis capitis somnolentia, aut fraus & illusio Dæmonis. Quoniam igitur res istæ extraordinariæ, sunt ex se periculosæ: idè nec desiderandæ, nec quærendæ sunt; sed potius fugiendæ, donec Dominus noster ad eas accipiendum vi quadam impellat; aut voluntatem suam aperiat, qua velit hac via deducere eas sententiam.

## §. II.

**H**ÆC sunt, quæ complectitur modus huius Orationis & Contemplationis, quem Dominus noster voluit Patri Balthassari variis ob causas communicare. Quarum præcipua est, quòd cum eum elegisset in Magistrum scientiæ spiritualis, ac multarum animarum ducem, quæ orationi studebant, voluit ut ipse valde in ea excelleret: & ipsam experiëntiam sciret varias has vias, per quas diuinus spiritus suos electos deducere solet. Hanc rationem, & causam assecutus est idem Pater, eamque valde perpendit in prædicto suo Tractatu. Nam in primis (ait) qui nunquam didicit græcè, neque legere sciet libros græcè scriptos; neque græcè loquentem intelliget: multoque minus



sciet docere. Et hoc secundum maiorem lo-  
 cum habet in hac spiritus facultate, quam  
 in alijs, vt scilicet Magister sit tanquam  
 causa quædam superior & Vniuersalis, qui  
 possit omnes iuuare, vnumquemque dirigen-  
 do iuxta suum gradum & progressum per  
 omnes vias, quibus Deus volet eum diri-  
 gere. quæ viæ, licet omnes ad eundem ten-  
 dant scopum & terminum, sunt tamen plu-  
 rimæ: vt igitur id commodè fiat, multum  
 refert eum omnium illorum experientiam  
 habere. In hac enim via, experientia est,  
 quæ facit ipsos Magistros excellere. Nam et  
 si speculatio, & Sanctorum ac Mysticorum  
 Doctorum lectio multum iuuet: propria  
 tamen experientia absque vlla comparatio-  
 ne multò plus præstat, ac valet. Est etiam  
 magnum discipuli solatium, ( quemadmo-  
 dum quidam Spiritus Magister optimè di-  
 xit ) quod is, qui ipsum dirigit, dicat ei:  
 & ego idem sensi; & hoc, & illud mi-  
 hi euënit: & quòd ipsi quasi obuiam ve-  
 niat & sciat, quòd tendat; & ad minimum  
 verbum, quod discipulus efferat, statim Ma-  
 gister rem comprehendat, faciatque, vt ille ca-  
 piat, quod non potest explicare. Est au-  
 tem hoc magni omnino momenti: vt di-  
 scipuli proficiant, & vt fidem ei adhibeant,  
 magnique faciant, quod ille dicit, iuxta il-  
 lud: quod Apostoli Christo dixerunt: a *Nunc a Ioan. 16. 30.*  
*scimus: quia scis omnia, & non est ti-*  
*bi opus, vt quis te interroget. In hoc*  
*credi-*



„ credimus quia à Deo existi. Et plus eis satisfaci  
 „ & amplius extimulat Magistri viuentis exem  
 „ plum, ita eos intelligentis & cum eis colloques  
 „ tis, omniaque ipsorum interiora patefacientis  
 „ (vt euenit Samaritanæ cum Christo colloquenti)  
 „ quàm si multa etiam legant apud alios, qui pro  
 „ cesserunt. Quare idem Doctor ait: huiusmodi Ma  
 „ gistris expedire, vt sese aperiant, & communi  
 „ cent ijs, quos ducunt: nec se ipsos subducant; &  
 „ quod aliqui faciunt, omnino sese occludam  
 „ quamuis seruandum sit decorum in frequentia  
 „ modo se communicandi, cum decenti discretio  
 „ ne, ita vt discipulus, non omnino Magistrum de  
 „ prehendat. Omnes hæ rationes sunt Patris Bal  
 „ thassar's, ex propria experientia desumptæ, quæ  
 „ mirificè animas deduxit, penetrans earum corda  
 „ & sic magnam apud omnes obtinuit Magistri opi  
 „ nionem, vt postea videbimus. Et bonum testi  
 „ monium, quòd multum expertus esset in omni vi  
 „ spiritali, fuit q̄ Sancta Mater Theresa de Iesu  
 „ vt suprà diximus, aiebat: in omnibus modis & ra  
 „ tionibus orandi, de quibus cum Patre Balthassar  
 „ Magistro suo illa colloqueretur, semper eum pro  
 „ iuisse. Et idem confirmat, quod ipsemet, in prædi  
 „ cta sua Relatione fatetur, cum dixit, Deum D. N.  
 „ intelligentiam ipsi dedisse facultatis spiritus pro  
 „ se ipso, & pro alijs: id enim fuit, ipsum constitu  
 „ re Magistrum, cum experimentaliter rerum interna  
 „ rum sciëntia.

HINC licet secundam causam & rationem de  
 „ ducere, cur Deus D. N. donû hoc seruo suo huic  
 „ operario Euangelico sit largitus: ne scilicet detri  
 „ mentum aliquod pateretur, ex eo, quod cum pro  
 „ xima



ximis ageret; sed potius perfectionis augmen-  
 tum: dans ei duplicatam cum *b duplici illo spiritu* *b 4. Reg. 2. 9.*  
*Elia*, quem Elifæus Propheta valde sibi desidera-  
 bat: celsitudinem scilicet Orationis, & familia-  
 ritatis cum Deo, cum tanta quiete atque si degeret  
 in desertis; & simul insignem dexteritatem ad a-  
 gendum cum proximis, eosque salvandos: ita ut  
 nihil propterea amitteret de familiaritate cum  
 Deo, nec desineret in eius præsentia semper ver-  
 sari. Et quamvis *Cassianus* dicat: hanc duplicem *Colat. 19. 9.*  
 perfectionem raram esse, & paucissimis commu-  
 nicari, quales fuerunt, Magnus Antonius, & Ma-  
 charius: voluit tamen Dominus noster, vnum ex  
 his paucis esse hunc servum suum, qui totum suum  
 tempus impenderet in agendo continuè in ora-  
 tione cum suo creatore, & idem coniungeret,  
 cum frequenti hominum familiaritate & con-  
 suetudine ad salutem animarum: ita ut utraq; fa-  
 miliaritas mutuo se admiranda cum harmonia  
 adiuuaret. Huius rei fidè facit; quòd, eodem ipso  
 anno, quo Pater Balthassar suam edidit solennem  
 Professionem, in qua addicebat se animarum uti-  
 litati & commodis, Deus D. N. hoc donum sit ei  
 largitus: ut intelligeret, non dari sibi illud, ut se in  
 solitudinem conferret; sed ut familiaritatem cum  
 Deo & familiaritatem cum proximis coniunge-  
 ret. Quod multò est facilius cum in ipsa oratione  
 non remis & magno labore agitur; sed vento, ut  
 dicitur, ad puppim flante, motione scilicet spiri-  
 tus Sancti, nauigatur.

Ex histertia ratio deducitur, cur Dominus  
 hanc ei contulerit gratiam, ut scilicet eius dili-  
 gentiam remuneraret, quam adhibuisset in oran-  
 do per



do per ratiocinationes & meditationes mysterio-  
rum diuinorū vt capite 2. supra est dictum. Videtur  
enim Deus eius laborem, cordisque desiderium  
& fidelitatem, quā etiam in salutem prom-  
morum incumbere: voluit liberaliter remun-  
rare illud totum hac ratione, vt totum hunc fru-  
ctum colligeret, imò copiosorem, & cum maiori  
facilitate & leuamine. Etsi enim vterque modus  
orationis scilicet & contemplationis magnos pro-  
ferat fructus: interest tamen, nam, qui viam tenet  
ratiocinationum & meditationum, id facit cum  
labore & fatigatione, instar illius qui aquam ex  
profundo puteo cū fune & situla haurit; aut autem  
haustam effundit in aquae ductus, vt varias horti  
partes & plantas irrigare possit: alter autem mo-  
dus, qui est Contemplationis, fit absque labore  
ac defatigatione tanquam pluuia de caelo descen-  
dentis, quam terrā imbibit: de qua loquitur Psal-  
mista: *c Riuos terrae replet aquis, & inebriat eam*  
*multipliat genimina eius: quae in stillicidijs erunt*  
*tabitur, germinans, ac fructus proferet copiosus*  
Suavis item prouidentia magni nostri, liberalis  
& magnifici Dei in suis donis distribuendis, de-  
lectatur & complaceat sibi cū seruis suis leu-  
men largitur, & quietem; & ijs, qui apti, & capa-  
ces sunt doni Contemplationis, qui ad illud fa-  
sciendum, cordis puritate, passionum mortifi-  
catione, & prolixis meditationum exercitijs  
præparare se studuerunt: illud in magna copia  
quiete largiri solet; præcipue quādo illi operam  
suam collocaturi sunt in bonum proximorum  
quemadmodum fecit cum Patre nostro Sancto  
Igu

c Psalm. 64.  
11.



Ignatio, post longam in meditationibus exercitationem, quam in libro suorum exercitiorum nos docuit: & similiter fecit cum Patre Balthassare, & faciet cum ijs omnibus, qui simili cura & studio se ad eam suscipiendam præparauerint: si tamen ad maiorem ipsorum perfectionem id expediet, & illi cum humilitate & resignatione perseverauerint in ritè habenda oratione ordinaria, quæ ad excelsiorem gradus quidam est, & aditum præbet.

## §. III.

**H**AEC perseverantia, non præscripto Deo Domino Nostro suæ Visitationis tempore, valde necessaria est, ut voti sui compos quis euadat: nam, ut vidimus sexdecim annos detinuit Dominus noster Patrem Balthassarem in modo ordinariæ orationis, sicut etiam Matrem Theresiam de IESU per annos octodecim, ut in eius vita scripsit Pater Franciscus Ribera; *Lib. 4. c. 2.* & alij Sancti longum etiam tempus expectarunt. Nec id mirum videri debet: nam, si Patriarcha a *Iacob quatuordecim annis* cum im- *a Gene. 29.* menso labore seruiuit, ut *Rachelem* sponsam *30.* suam dilectam obtineret, quæ figura est vitæ contemplatiuæ: quid mirum, quod eam excellenter adepturi, diuinamque sapientiam spiritualiter ducturi laborent, multisque annis desudent, ut eam obtineant? maxime cum hac ipsa diligentia, & studio ingentia alia bona sibi comparent: eò quod tale desi-



desiderium innitatur profundæ humilitati; quia  
 tanto dono indignos agnoscunt: ac propterea co-  
 nantur se ipsos amplius purificare: ne ab eius am-  
 plexibus tanquam indigni repellantur; desideria  
 crescunt, ac diligentia, ut, quod tanti faciunt, ob-  
 tineant; patientia & fiducia valde exercetur, an-  
 perficitur; nec propter tot moras abijciunt an-  
 mos. His inquam & alijs virtutibus reddunt se di-  
 gnos superno hoc Contemplationis dono: quod  
 cum obtinent, ostendunt se magis gratos ipsi Do-  
 mino largitori; magisque sollicitos & attentos  
 eo custodiendo, & fructibus eius colligendis  
 finem & scopum, in quem sibi datum intelligunt.  
 Ac denique exemplo & experientia sua exhortan-  
 tant nos, adduntque animum ad perseverandum in  
 oratione, etiam multis ariditateibus, & afflictio-  
 nibus toleratis: siquidem fideliter perseverans  
 pulsans ad ostia Dei, tandem exauditur, & admittitur  
 ad excessam dulcedinem familiaritatis eius.  
 Expertus id est P. Balthassar expletis prædictis  
 sexdecim annis, colligens sibi utilitates, & fru-  
 ctus prædictos dilationis huius & moræ Domini:  
 & ex eo, quod ipse fuerat expertus, exhortatur  
 nos, ad perseverantiam in oratione, adimplen-  
 » randis hisce sententijs. Accedamus fratres cum  
 » perseverantia ad ostia Dei, quæ nobis patent, ac  
 » certè si pulsauerimus nobis aperientur, iuxta ver-  
 b *Matt. 7. 7.* bum promissionis ipsius, cum dixit: *b. petit et*  
*Luca. 11. 9.* *dabitur vobis; pulsate & aperietur vobis.* Nam  
 » non ad eò nos hæc promissio consoletur, ut ne  
 » que hæreamus, cogitantes, quòd tardet, ut pro-  
 » pterea à pulsando cessemus; neque tali cogitatione  
 » ni locum demus, quod tanta nostra in agendo  
 gid  
 fi l  
 etfi  
 uen  
 da  
 lia  
 lia  
 stat  
 tres  
 pra  
 gita  
 re, e  
 fed  
 mu  
 rus  
 scri  
 & i  
 rem  
 tion  
 I  
 ma  
 sust  
 he  
 ple  
 dua  
 sta  
 ead  
 vit  
 tor  
 tel  
 rub  
 tar  
 ter



giditas impedire possit eius verbi executionem, “  
 si humiliter eam futuram confidamus. Nam “  
 etsi velimus soli naturali rationi locum dare, in- “  
 uenimus, nullum esse ad dura corda emollien- “  
 da, & multò magis ad ea, quæ sunt aliàs mol- “  
 lia permouenda, quàm quòd aliquis pauper ad “  
 limen portæ domus præ frigore tremat vt “  
 statim iubeant aperiri. Persistamus itaque fra- “  
 tres ad ostium magni huius Dei, etiam cùm “  
 præ frigore tremimus: nam nobis minimè co- “  
 girantibus, iubebit c *Assuerus Mardocheum intra-* c *Ester. 6.*  
*re, & faciem Regis videre:* tantusque erit eius pro- to. 8.1.  
 ductus, vt omnium laborum obliuiscatur, quos “  
 multis diebus subiit expectans ad illa ostia du- “  
 rus & instar lapidis congelatus. Nam de Iusto “  
 scriptum est, quod d *audiuerit Deus vocem ipsius,* d *Eccl. 45.3.*  
*& induxerit illum in nubem:* ex qua redijt copiosè “  
 remuneratus ob toleratos labores in expecta- “  
 tione & perseuerantia pulsandi. “

In huius rei confirmationem dixit de se ipso,  
 magnâ constantiâ ipsi opus fuisse ad moras Dei  
 sustinendas, expectanti, vt ipsius commiseratio-  
 ne moueretur, suisque misericordijs ipsum re-  
 pleret. Addebât etiam, Deum ob alteram ex  
 duabus causis differre, animabus se manife-  
 stare: aut quòd sint in suis vitijs sepultæ,  
 eaque exuere differant: nam vnumquodque  
 vitium est instar obscurissimæ nebulæ, crea-  
 toris conspectum impediens; aut, vt melius in-  
 telligant, quantum illud sit bonum, quod quæ-  
 runt: pro quo obtinendo tam multa tolerant, &  
 tardè adhuc inueniant. Et in illis temporis in-  
 terstitijs varijs modis ea s probat, internis scili-  
 cet



cet afflictionibus, & poenis etiam externis: vti  
 intelligamus, ingens esse bonum, quod querimus  
 pro quo obtinendo tamdiu & tot modis labora-  
 mus. Ex his omnibus licet colligere praestantiam  
 orationis, quam sanctus hic vir est consecutus;  
 ingentia dona, quae per illam accepit. Si enim or-  
 dinarie qualis fuit semetis, talis & solet esse me-  
 fis; & ad mensuram dolorum mittit Deus conso-  
 lationes; & iuxta laborum magnitudinem, pra-  
 mia distribuit: qui per sexdecim annos continuo  
 seminavit, summoque studio ac diligentia, vti hoc  
 donum acciperet, laboravit; & ad eius mensuram  
 Deus illud concessit, qui multo liberalior est  
 dandum, quam nos sciamus petere, aut cogitare  
 quam excellenter illud ei concesserit, cum copios-  
 sissima meritorum messe, spiritualium conso-  
 lationum abundantia, aliisque gratijs, ac donis, qua-  
 feruentium praemium esse solent! Si bona arbor  
 ex bonis fructibus cognoscitur: quam erit ex-  
 cellens illa oratio, quae tales profert fructus, qua-  
 les iam diximus? & qui sunt excellentiores fru-  
 ctus duodecim illis, quos ipse in sua Relatione  
 refert? & qui sunt tanquam duodecim selecti fru-  
 ctus eius arboris vitae, quam Deus in paradiso  
 plantavit Ecclesiae suae & Societatis: & quemad-  
 modum ait S. Ioanes: *eligna illa paradisi ferre fru-*  
*ctus novos per menses singulos:* ita hic Pater singulis  
 mensibus, imò dieb. singulis eos renouabat: quod  
 erat testimonium insignis familiaritatis & con-  
 suetudinis, quam occultè habebat cum  
 Deo suo, vnde illi id totum  
 proueniebat.